Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Solinus de Memorabilibus Mu[n]di

Solinus, Gaius Iulius

Spire, 1512

Ca. XIII.

urn:nbn:de:bsz:31-270794

Visual Library

Sicilie magni.

ſanguineis maculis rubeſcit. Sed qui maxime probant vitreã ha-
bent perſpicuitatem vt cyprius. Nam qui ſunt facie cerea abundã-
tes triuialiter negliguntur. Omnis ambitus huius inſule claudi-
tur ſtadiorum tribus milibus.

Ephiſtie vulcanie

De inſulis vulcanis. Ca. XIII.

i Nfreto ſiculo ephiſtie inſule. xxv. milia paſſuum ab italia
abſũt itali vulcanias vocãt. Nã ⁊ ipſa natura ſoli ignea ꝑ

Aeolie lipara hiera Strõgile didymẽ

occulta cõmertia aut mutuant̃ etne incẽdia aut ſubmini-
ſtrãt ħ dicta ſedes deo ignĩũ. Nũero ſeptẽ ſunt. Lipare nomen de-
dit rex Lipatus q̃ cum añ Aeolũ rexit. Alterã hierã vocauerũt. Ea
precipue vulcano ſacrata eſt: ⁊ plurimũ colle eminẽtiſſimo nocte ar-
det. Strõgile tertia aeoli dom⁹ vergit̃ ad ſolis exortũ minime an-
guloſa que flãmis liquidioribꝫ differt a ceteris hoc efficit ꝙ ex eius

Erphyſa euonymos.

fumo potiſſimũ incole preſentiſcunt quinã flatus in triduo ſunt fu-
turi. Quo factũ vt aelus rex ventoꝝ crederet̃. Ceteras didymenẽ
phyſam. phenicuſam. euonymon quoniã ſi(c)es ſũt dictas habem⁹.

Europe ſinus tertius

Europe ſinus tertius. Ca. XIIII.

t Ertius europe ſinus incipit a ceraunijs mõtibꝫ: deſinit in

Ceraunia Moloſi Dodona Tomarus fons egypti Delphi Cephiſus Caſtalia

helleſpontũ. In eo apd̃ moloſſos vbi dodonei iouis tẽplũ
eſt Tomar⁹ mons: eſt circa radices nobil' centũ fontibꝫ vt
theopõpo placet. In epyro fons eſt ſacer frigidus vltra oẽs aq̃s et
ſpectate diuerſitat̃. Nã in eum ardentẽ ſi imergas facã extinguit:
ſi ꝑcul ac ſine igne admoueas ſuopte ingenio inflãmat dodone vt
varo dicit ſacra. Delphi cephiſo flumine: caſtalio fonte: pnaſi iug̃
celebris. A carnania arachinto eminet: Hãc ab etholia pindus di-
uidit: q̃ acheolũ parit cum ꝑmis grecie amnibꝫ preditũ veteri clari-
tate. Nec mirꝫ cũ inter calculos q̃bꝫ ripe eius micant inueniat̃ ga-
lactites qui ſcrupulus ipſe candidus ſi terat̃ reddit ſuccum ad lact̃
ſaporẽ feminis nutricantibꝫ illigatus fecundat vbera: ſubnexus par-
uulis largiuſculos hauſtus facit ſaliuaꝝ. Intra hos receptus liq̃-

Odeſſa Laconia Tenaros

ſcit cũ ſoluit̃ tñ memorie bonũ perimit. Quẽ poſt nilũ acheloüs
hat: nec alter ali⁹ ꝓpter oppidũ patras. Odeſſa loc⁹ nomen collium
opacitate vmbroſus ⁊ radijs ſolis ferme inuius nec aliam ob cãm
memorabilis. In laconia ſpiraculũ tenaron ꝓmontoriũ adverſum

Tenarum

affrice: in q̃ phanum metymnei arionis quẽ delphine eo aduectum
imago teſtis eſt aera ad effigiẽ caſus ⁊ veri operis expreſſa. Prete-

Leuctre Amicle Otriades

rea tps ſignatũ olympiade eni vnde trigeſima q̃ in certamine ſiculo
idem arion victor ſcribit̃: id ipſum geſtũ ꝓbatur. Eſt ⁊ oppidũ te-
naron nobili vetuſtate: preterea aliquot vrbes: int̃ quas leucture
non obſcure iampridem lacedemonioꝝ foedo exitu emyde ſileno.